

Hortus enim clausus. fons signatus; Namq; mentis resolutio sensu se corporales delectationes effundunt. perniciosissime nimis. & in adpetentiam plenam grauis periculi prorueret; Quod si mentis uiuide considerata mansisset. custodi a refrenasset. luituere igitur. o homo quis. quos salutem tuam uitamq; tuearis; Quid est itaq; homo. utrum anima. an caro. an utriusq; copula. Aliud enim nos sumus. aliud nrm. alius qui induitur. & aliud uestitum; legimus in ueteri testamento. Omnes anime quae descendere runt in aegyptum. de hominibus dictum; & alibi dictum est. Non permanebit sps mris in hominibus istis. qm carnes sunt; De altero utro ergo legitur. quia homo dicitur. & de anima & de carne; Sed illa discretio. quod ubi anima pro homine dicitur. hebreus

significatur do adherens non corpori. ut est illud. Anima benedicta omnis simplex. Vbi autem caro pro homine nuncupatur. peccator exprimitur. ut est & illud. Ego autem carnalis sum. uenundatus sub peccato; quod enim operor non cog. nosco; non enim quod uolo ago. sed quod odil lud facio; hoc iam posterius & eleuatoq; alius est enim qui uult. alius qui odit. alius qui facit; deniq; addit; si ergo quod odi hoc facio. consentio legi qm bona. Nuncautem iam non ego illud operor. sed quod habitat in me peccatum; Illud quoque expressus; Video legem carnis mee repugnantem legi mentis meae. & captiuantem me in lege peccati; Ittamen cum utrumq; in se concertantem hominem declarasset. hoc est interio

Kaulspike LB

Aug. CXXX

for 3rd

molestiae. & multae Lacrimae
eorum qui adfluctantur mo-
lestis. & non ē inquit quies
consoletur. & ideo laudat
ecclesiastes defunctos ma-
gis quam uiuentes. & optim^{us}
inquit supra hos duos qui
non dum natus est. qui non
uidit hoc malum. & alibi
idem ecclesiastes meliorem
longe uo uiro eum adseruit.
quem abortu eiecit mater
sua. quia non uidit haec ma-
la quae fiunt in hoc mundo.
nec in has uenit tenebras. nec
in uanitate ambulauit scilicet.
Et ideo requiem hic magis ha-
bebit. qui in hanc uitam non
uenit quam ille qui uenit.
¶ Quid enim boni est homini in
hac uita qui in umbra uiuit
nec expleri potest cupidita-
tibus suis. & si expleatur di-
uitiis fructum quietis amit-
tit. Quia cogitur custodire
quod misera auaritate que

fiert. ut miserius eas pos-
sideat cui prode ē non pote-
runt. Quid enim miserius
quam ut custodia torqueat
quarum abundantia nihil pro-
fit. itaq; si plena oneris uita
utiq; finis eius ad leuamen-
to est. Ad leuamentum autē
bonum mors. Mors autē finis.
Mors igitur est bonum. Ne-
que enim aliter gaudis est
& simeon. qui res ponsi acci-
perat. non uisurum se mor-
tem nisi prius uideret xpm
dñi. & cum eum parentes
in templum includerent sus-
cepit manibus suis & dixit.
Nunc dimittis seruum tuum
in pace. Quasi ne scitote qua-
dam in hac uita teneretur
non uoluntate. ita dimitti
petit quasi a uinculis qui-
busdam ad libertatem fes-
tinaret. Sunt enim uelut
uincula quaedā corporis
huius. & quod est grauius

Kaulspitze LB

Aug. CXXX

f. 29ⁿ